Fragmentarium

Cum nonnulli contra matheum homini quia quasi de homine scribere
incipiat. Marcum leoni. in quo uox in deserto rugientis audiatur ad
signent. Rogoque in hoc opere plenius quid tibi uerius debis uidea tur
insinues. Memorem nostri tuam sanctam fraternitatem deus dilectionis
& pacis conseruare. & ad considerandam suae legis mirabilia semper inlustrare
dignetur.

D OMINO BEATISSIMO ET NIMIUM DESIDERANTISSIMO
ACCA EPISCOPO BEDA HUMILIS PRESBITER IN DOMINO AETERNAM SALUTEM

Mira uere est & uera mire doctoris egregii sententia. quia caritas
omnia credit omnia sperat. Datis namque ad me epistolis ut aliqua tibi scribam rogare &
diebus & interrogandum. necdum que meae consensionis accepto responso.
quaesitis adhuc opusculis quasi iam adquaesitis ac perfecte consummatis perfectio
nis signaculum condis. Nondum fundamine iacto nondum allata saltim
materie. ipse quasi completo iam tanti laboris aedificio. claues quibus
introitus muniatur dirigis. ut pudeat. Non certo subire opus quod certo
subeundum citius explendum fides amica praesumat. Non haec certe
alia quam indubitata mutui fiducia facit amoris. Quae de amico pecto
re ut dictum est omnia※ sperat. Unde & ego mox lectis tuae dulcissime
sanctitatis paginulis iniunctum operis labori subposui. In quo ut innume
ra monasticae seruitutis retinacula praeteream. ipse mihi dictator simul
notarius & librarius existerem. Adgregatisque hinc inde quasi insignis
simis ac dignissimis tanti muneris artificibus opusculis patrum.
Quid beatus ambrosius. quid augustinus. quid denique gregorius uigilantis
simus iuxta suum nomen nostrae gentis apostolus. Quid hieronimus
sacrae interpres historiae. Quid ceteri patres in beati lucae uerbis
senserint quid dixerint diligentius inspicere satagi. Mandatumque
continuo scedulis ut iussisti. uel ipsis eorum sillabis uel certe meis bre
uiandi causa sermonibus ut uidebatur edidi. Quorum quia operosum
erat uocabula interserere per singula. & quid a quo auctore
sit dictum nominatim ostendere. Commodum duxi eminus e latere

※ omnia dumtaxat quae fieri posse credit

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 5288, 35v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36991)